



Universitätsbibliothek Paderborn

**Achates Tiberianus, Sive Gemma Cæsarea, Antiquitate,
Argumento, Arte, Historiâ, prorsùs incomparabilis, Et cui
parem in Orbe Terrarum, non est reperire, D. Augusti
Apotheosin, Imp. Cæs. Tiberii, ...**

Le Roy, Jacques

Amstelædami, 1683

Petrus Gassendus Lib. 3. de vita Peireskii fol. 180.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38368

PETRUS GASSENDUS

Lib. 3. de vita Peireskii fol. 180.

ADjiciendum verò , quod præterea non sine quodam nūmine Ecotypum sulphureum obtinuit Camei alterius in ipso Imperatoris Cimeliarchio asservati Achates est similiter , sed superiore non nihil minor , quem Philippus Pulcher Pissiaci Monialibus legaverat (cùm habuisset ipse ab Hierosolimitanis Equitibus illum in Palæstina nactis) quemque per Bella Civilia furto sublatum Mercatores quidam detulerunt in Germaniam , ac divendiderunt Rudolpho II. duodecim millibus aurorum.

Expressus autem fuerat , adservatusque Ecotypus , quem nescio quâ sorte Peireskius assecutus fuerit. Neque vero Ecotypum modo , sed germanam etiam picturam consecutus est , elaboratam jam pridem celebris illius Nicolai Pictoris manu , cuius egregia opera in Fontis-Bellaquei Xysto inspectantur.

Præterea autem ejus figuras ita esse interpretatum , ut opinatus fuerit illis designari **APOTHEOSIN VIVENTIS AVGUSTI**. Quippe uti apud Josephum legitur factus ab Herode Cæsaris Colosius , forma , ac magnitudine **JOVEM OLYMPIVM** referens , itemque alius **ROMÆ DEÆ** par , referens **JVNONEM ARGIVAM** ita videtur in his figuris repræsentari **AVGVSTVS** , habitu **JOVIS OLYMPII** una cum **DEA ROMA** habitu **JVNONIS ARGIVÆ** , apparentque aliunde **JUPITER** , & **JVNO** abeuntes locum cedere ; itemque signum Scorpii contrahere brachia , cæteraque hujusmodi.

F I N I S.

